# BEATO PAPAE DAMASO HIERONIMUS

Novum opus facere me cogis ex vetere· ut
post exemplaria scripturarum toto orbe disper
sa quasi quidam arbiter sedeam· et quia inter se vari
ant quae sint illa quae cum greca consentiant verita
decernam· pius labor sed periculosa praesumptio iu
dicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum· senis
mutare linguam et canescentem iam mundum adini
tia retrahere parvulorum· quis enim doctus pariter
vel indoctus cum in manus volumen adsumpserit et
a saliva quam semel inbibit viderit discrepare quod lec
titat non statim erumpat in vocem me falsarium
me clamans esse sacrilegum· qui audeam aliquid in ve
teribus libris addere mutare corrigere· adversus
quam invidiam duplex causa me consolatur· quod et
tu qui summus sacerdos es fieri iubes· et verum non
esse quod variat et iam maledicorum testimonio
conprobatur· si enim latinis exemplaribus fides est
adhibenda respondeant· quibus tot sunt exemplaria
paene quot codices· sin autem veritas est quaerenda
de pluribus cur non ad grecam originem revertentes
ea quae vel a vitiosis interpraetibus male edita vel
a praesumptoribus inperitis emendata perversius
vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut
mutata corrigimus· neque vero ego de vetere dis
puto testamento quod a septuaginta senioribus
in grecam linguam versum tertio gradu ad nos usq;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
MANCHESTER 1824 The University of Manchester
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0011